



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXVII. Venditio ad Ecclesiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

vt ab hodierna die quicquid exinde pars ipsius Ecclesiæ, eiusque Rectores de ipsa re facere voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habent potestatem faciendi, quia ipsam sanctam Ecclesiam plus id habere volo, quam me vel cæteros heredes meos. In cessionibus vero licet pœna non inferatur, mihi tamen pro rei totius firmitate placuit inferendum, vt si ego aut ullus de heredibus meis, & reliqua.

XXXVII. VENDITIO AD
Ecclesiam.

Dominō venerabili & in Christo patri illi, Abati de Basilica sancti illius, in ciuitate illa, vbi ipse pretiosus dominus in corpore requiescit, vel omni congregationi ibidem consistenti; Ego enim in Dei nomine ille. Constat me vobis, vel partibus ipsius basilicæ vendi-

Z iiiij

disse, & ita vendidi, hoc est locum
rem proprietatis meæ, situm in pa-
go illo, super fluuum illum, in con-
dita illa, in villa illa, cum omni inte-
gritate vel adiacentiis, quicquid ad
ipsum locum aspicere vel pertinere
videtur, vel quantumcumque præ-
senti tempore mea videtur esse pos-
sessio, hoc est tam terris, mansis, ca-
sis, domibus, ædificiis, accolabus,
mancipiis, vineis, syluis, pratis, pa-
scuis, aquis, aquarumque decursibus,
libertinis, ministerialibus, mobili-
bus & immobilibus, pecuniis, pecu-
liis utriusque sexus, vel omni su-
pellectili totum & ad integrum, rem
quaesitam & inquisitam, quicquid
dici aut nominari potest, vel quic-
quid ibidem præsenti tempore mea
videtur esse possessio, per hanc ven-
ditionem à die præsente trado atq;
transfundo. Vnde accepi à vobis
preium pro iam dicto loco, de the-

sauro ipsius sancti , in quod mihi
complacuit , vel amplificatum fuit ,
hoc est tantum , quod pretium in
manus meas accepi : & ipsum locum
cum omni integritate , sicut dixi , per
hanc venditionem vobis , vel ad ip-
sam sanctam casam , tradidi perpe-
tualiter ad possidendum , ita ut ab
hodierna die , quicquid exinde vos ,
aut successores vestri , vel pars ipsius
Basilicæ facere volueritis , liberam
& firmissimam in omnibus habca-
tis potestatem facieди. Si quis vero .

XX XVIII. E P I S T O L A A B-
batis vel Rectoris ipsius Ecclesiæ.

I N Dei nomine ille Aba , in Chri-
sto nobis dilecto illi . Ad tuam
petitionem nostra decreuit volun-
tas , vt tibi res nostras , vel sancti il-
lius in pago illo beneficiare usufru-
ctuario ordine deberemus : quod
ita & fecimus . Et tu pro huius meri-